

De Inuentione

quando sibi gratia infudit. Amicū eum
pstituit sc̄ quādo ei secreta sua reuelauit
Ac pphetas cōstituit qñ filiabo suis spm̄
pphetie dedit. **Tercium** signum est qz in
eadem cathedra. i. i. cruce eum sedere fecit
Hester. vi. Homo quem honozare cupit
rex debet imponi sup equū qui de sella res
gis est. **Ceteri** apli sedebant in equo xpi.
qui p passionem triūphauerūt. **Illi** autē
sederūt in equo xpi et in eadem sella cristi
qui crucifixi fuerūt sicut **Philippus**. qui
scdm̄ **Isi.** fuit crucifixus. **ij. Regū. xxiij.**
Dauid sedens i cathedra sapientissimus
princeps inter tres. **Tres** nāqz sedentes
in cathedra crucis fuerūt petrus andreas
et philippus. sed christus sapientissimus
fuit. qz p crucem diabolū supauit.

De inuentione sancte Crucis. Sermo primus

Ostendit ei lig-
num. qd cum misisset in aquas
in dulcedinem uerse sunt **Erod. v.** Cum
popul⁹ israel p nimia amaritudine aquā
bibere non posset dñs moysi lignū ostē-
dit qd aquas amaras dulcorauit. **Istud**
ergo lignū significat crucem quam deus
sancte helene oñdit. qd lignum aquas tri-
bularōnū in pstantino dulcorauit. **Prō**
ergo ponit crucis miraculosa ostensio cū
dicit. **Ostendit ei lignū.** **Scdo** ponit oñse
crucis virtuosa opatio. cum dicit. qd cū mi-
sisset in aquas. **Fuit** autem ostensa per
multa signa. **Quorū** quedam fuerūt ante
inuentōnē et quedam in inuentōe. quedā
vero post ipsam inuentōnem. **Ante** inuen-
tionem tria signa fuerūt. **Unū** qz āgelus
in celo ipsam ostēdit pstantino. **Aliud** qz
mirabilis claritas ipsam circūfulsit. **Ter-**
cium qz litteris victorie inscripta fuit. sc̄
in hoc signo uincēs. **Ex** his significat tri-
plex uirtus crucis. **Prima** ē qz angelus

Sancte Crucis

reparuit qd significat p hoc q angelus in
celo eam tā reuerenter ostendit **Col. i. ca.**
Pacificans p sanguinē crucis eius. siue
que in terris sunt. i. homines. siue que in
celis sunt. i. angelos. **Et** in hoc fallit illa
regula que dicit q postis duobus exte-
mis ponit et medium. **Ecce** em̄ xps paci-
ficauit celum angelorū cum terra hominū
et tñ non pacificauit aerē demonū. **Scda**
uirtus est q mundū tenebrosū illumina-
uit. qd significat per hoc q cum splen-
dore apparuit. **App. x.** **Uidi** alitē angelū
amicum nube et yris in capite eius. et fa-
cies eius erat ut sol. **Iste** angel⁹ fuit xps
qui ē amicus nube. i. humana carne qui
fuit insignitus yride. i. cruce que est signū
reconciliatōis **Gen. ix.** **Ponam** arcū meū
in nubib⁹ et. **Qui** tanqz yris habuit colo-
rem rubrū p sanguinis effusione. aquē
p aque ex latere emanatōnem. uiridē ex
liuorū impressione. **Fuit** etiā instar solis
lucidus. qz p crucem tenebras expulit et
mundū illuminauit. **Tercia** uirtus est qz
diabolū uicit et infernū expulit qd
significat p litteras victorie. **Isa. xliij.**
Infernus subitus p̄turbatus est in occur-
sum aduentus tui. **Infernus** subitus ē lo-
cus damnatorū et iste fuit p̄turbatus. **In-**
fernus uero supior. i. limbus par⁹ iste fu-
it letificatus. **Infernus** quasi medius ē
purgatoriū et iste infernus fuit p̄fortatus
Scdo fuerūt quedam signa in inuen-
tione p que ipsa crux fuit inuenta sc̄ de-
uota oratio et terremotio et odoris emana-
tio. p que significat q uirtus crucis per
tria obtinet. **Primo** p instantiam orōnū
Unde dicit **Ero. xv.** q cum moyses ad deū
clamasset et orasset deus sibi lignum ostē-
dit **Prover. viij.** **Qui** mane uigilauerit
ad me inueniet me. **Secundo** p p̄temp-
tum terretiorū ut sc̄ affectus terrenorum
qui erat sursum in ratōne moueat et descē-
dat in sensualitatem et sic fiat quidā terre-
mor⁹ sensualitatis. p ea fiet trāquillitas

mentis qm̄ celum. id est celestia erunt sursum in ratione. ⁊ terra. i. terrena erunt deorsum in sensualitate. **Proverb. xxv.** Celum sursum ⁊ terra deorsum. **Tercio** per fragrantiam virtutū ⁊ desideriorū. **Spon.** sus enim trahit ab odore puritatis **Can. pri.** Lectulus noster floridus. **Humilitatis.** **Ibidem.** Cū esset rex in accubitu suo ⁊ ⁊ sancte operationis. **Canti. ij.** Vinea florescentes dederunt odorem suū. **Tercio** fuerunt quedā signa post inuentiōē. **Ma** nifestū enim est ipsam veram esse crucem per tria signa. vixit per infirmi sanatores per mortui resuscitaciōē ⁊ per tituli inscriptionem. **Per** que significat qd homo per crucē est a morte peccati resuscitatus. **Colo. ij.** Et vos cū mortui essetis in delictis ⁊ ⁊ ab infirmitate qua scq̄ debilis erat ad bonū est sanatus ⁊ fortificatus. **Psalm.** Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me sola ta sunt. ⁊ qd in dei militem est ascriptus. **Apoca. iij.** Scribam super illū nomen dei mei ⁊ ⁊ in hoc significaciōē in passione xpi fuerūt quidā resuscitati. qd multa corpora sanctorū que dormierant surrexerunt. **Et** quidā ab infirmitate sanati sicut longinus. quidā celesti militie ascripti. sicut latro a dextris positus. **Secundo** notatur crucis virtuosa operatio cum dicitur. Cū misisset in aquas in dulcedinē verse sunt. **A** que amare significant amaritudinē tribulationū. **ps.** Saluum me fac deus qm̄ in trauerunt ⁊ ⁊. **Dulcedinē** populorū **Apoca. xvij.** Aque quas vidisti populi sunt ⁊ gentes. **Estus** forniū desideriorū. **Proverb. xxv.** Aqua frigida anime sitienti. **Aq̄** igitur tribulationū erant ex parte p̄stantini. aque populorū ex parte maxentij. aque desideriorū ex parte helene imperatricis. sed per lignū crucis in constantino dulcorate sunt aque tribulationum per hostis supanationem. **Psalm.** Fac me cū signū in bonum ⁊ ⁊. **Aque** populorū dulcorate sunt per pacificaciōē ⁊ quersionem. **Hoc** significatū

est **Nume. xx.** in virga que de petra aqua produxit. qd xps virtute crucis de duricia aquam protulit gratiarū. **Aque** desideriorū dulcorate sunt in helena p lignū crucis inuentiōē. **Proverb. xij.** Lignū vite desiderii veniens. ⁊ ibidem. Desideriū si p̄pleatur delectat animā ⁊ ⁊.

De eodem festo Semo. ij.

Erit tanq̄ lignū qd plantatū est secus decursus aquarū ⁊ ⁊. **Psalm.** **Istud** est lignū sancte crucis. de quo tria dicunt scilicet qd sit plantatū. qd sit iuxta aquas p̄plantatū. ⁊ qd sit fructiferum. **Fuit** aut plantatū in triplici loco. **Primo** in terrestri paradiso sū aliquarū hyistoriarū narrationem qd satis p̄ueniens fuit. **Primū** enim lignū paradisi fuit homini causa mortis. diuine offensionis ⁊ sue eiectionis. **Conueniens** ergo fuit vt p lignū crucis transiret de morte ad vitam. **Apoca. ij.** Vincenti dabo edere de ligno vite ⁊ ⁊. de offensa recipere in gratiam. **Hec** est illa virga que hester inuenire fecit gratiam assueri vt habet. **Deuter. xij.** De exilio tanq̄ per nauem reuocaret ad patriā. **Sap. xij.** Transientes mare per ratem librati sunt. **Secundo** fuit plantatū in libano. **Libanus** namq̄ est mons alt⁹ ⁊ interpretat⁹ candidus. ⁊ ibi nascit odoriferum thib⁹. per que significat qd lignū crucis hominem humiliatū exaltauit. **Proverb. iij.** Accipe illā ⁊ exaltabit te. **Jo. x.** Si exaltatus fuero a terra omnia trahaz ad meipsum. **Et** hominem demigratum de albanis. **Apocalipsis. vij.** Lauerunt stolas ⁊ dealbauerunt eas in sanguine agni. **Hominem** ex peccato ferido deo reconciliavit. **Genesis. viij.** Odoratus est dominus odorem suauitatis ⁊ ⁊. **Tercio** fuit positum pro ponte in fluuio. **In** mari ei huius mundi deus homini tria adiutoria preparauit. scilicet nauē baptismalis innoctiē. **j. De. j.** In dieb⁹ noe cū fabricaret⁹

p. ij.

De Inuentione

archa rē. Et infra. Qd̄ r̄ vos nūc similis forme saluos facit baptisma. Sc̄do p̄p̄ parauit tabulā penitentie. Dicit eī Jero. q̄ penitencia est secunda tabula post naufragium. ij. Paral. v. Nihil erat aliud in archa. s. ecclesie nisi due tabule. i. penitencia q̄ d̄r agi de cōmissis r̄ omissis. Sed q̄ sepe agit male r̄ frangit̄ nauis baptis malis innocentie r̄ multi etiam p̄dunt tabulam penitentie. ideo p̄p̄pauit pontem crucis sue. In quo ponte seu in qua cruce extendit corpus p̄ tabula. qd̄ quidē corpus figi voluit firmitate clauoz r̄ pilam p̄geri lapidum. i. diuersoz suppliciorum.

Sc̄do dicit̄ d̄ isto ligno qd̄ secus aquas fuit plantatum. Et hoc vel secus aquas sacramentales. q̄ fuit aquis saluatoris irrigatum. Isa. xij. Dauriens aquas in gaudio de fontibz saluatoris. Vel secus aquas spirituales. q̄ lacrimis compassi omis sepe est irrigandus r̄ debet irrigari. Eccle. xxij. Sup̄ mortuū sc̄z cristū plora. deficit enī lux eius. Vel secus aquas materiales. q̄ in p̄batrica piscina fuit inuenta. Dicit̄ autēz p̄batrica a p̄baton qd̄ est onis. q̄ ibi tōstie lauabant̄. piscina autē dicebat̄ a p̄scē. Conuenienter igit̄ lignū crucis ibi fuit inuentum ad significanduz q̄ immolanda erat vera onis i sacrificiū. Isa. liij. Sicut onis ad occisionē duceſ. Ibi etiam erant lauande anime nostre a sordibz sc̄z vicioz. Apoca. i. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ibi as̄ sandus erat christus verus p̄scis ignibz passionū. Psal. Igne me examinasti rē.

Tercio istud lignum fuit fructifer. Nam in monte caluarie plantatum r̄ fixū fuit. r̄ ibi multiplicem fructum fecit. De quo dicit̄ Isa. xxiij. Figam illum parillum in loco fidei r̄ suspendam sup̄ omnem gloriam domus patris eius vasozū diuersa genera. Omne vas puulum a vasis creaturaz vsq̄ ad omne vas musicoz. Fructus autēz ligni sic plantati r̄ sic fixi sunt

Sancte Crucis

isti. q̄ p̄ ipsum lignum sunt angeli repati r̄ ideo dicit̄ suspendam sup̄ omnē gloriā domus patris eius. Et p̄ ipsum homines sunt saluari. Sed hominū saluandorum quidam sunt p̄zelati vino doctrine alios inebriantes isti sunt vasa crathrati. Alij sunt subdin acui humilitatem sectātes isti sunt vasa puula. Alij sunt p̄templati ui dulcem sonum deo reddentes. isti sunt vasa musicoz. et q̄ crux assimilaf̄ cedro r̄ oliue vt d̄r Eccle. xxij. Quasi cedrus exaltata sum in libano. r̄ quasi oliua speciosa i campis ideo fructus eius fuit ad instar cedri r̄ oliue. Nam poma cedri in a liqua sui p̄te sunt dulcia. r̄ in aliqua p̄te sunt acetosa r̄ in aliqua p̄te inter dulce r̄ acetosum media. q̄ in christo tres fuerūt substantie scilz diuinitas dulcissima. caro in passiōe amaritudine plena. r̄ aīa plena dolore in q̄trum natura sua a diuina relinquebat̄ r̄ plena dulcedine in q̄trum fruebat̄. Fuit etiā iste fructus instar oliue qui primo est viridis. deinde subrubeus vltimo niger. Sic cristus primo fuit viridis p̄ virtutum fulgorem. Lu. xxiij. Si in viridi ligno hoc faciunt rē. postea fuit rubeus p̄ sanguinis effusione. Can. v. Dilectus meus candidus r̄ rubicūdus. vltimo fuit niger in morte. Ezech. xxx. In tamsis nigrescit dies. Tamsis interpretat̄ p̄summatio Christus igit̄ quando dixit Consummatū est. totus est niger effectus.

Eodem die Sermo. iij.

Produxit dñs deus d̄ humo oē lignum pulchrū visu rē. Gen. ij. Deus lignū sancte crucis de humo p̄duxit quando ipsum de profundis visceribus terre reuelauit. In verbis p̄missis primo ponit̄ ligni crucis cōmendatio cum dicit̄. Omne lignum pulchrum visu rē. Sc̄do ipsius ligni crucis p̄mendatē reuelatio. cū dicit̄. p̄duxit de humo

Circa primum notandum quod in paradiso terrestri erat triplex differentia ligni. sicut patet **Genesis. ij.** Lignum commune vite et scientie. De primo autem ligno tria dicuntur scilicet quod erat diuersum. quod erat pulchrum visu et quod erat ad uescendum suauis. Erat quidem diuersum ut tolleret fastidium. pulchrum ut alliceret visum. et suauis ut attraheret gustum. Per istud ergo lignum commune lignum sancte crucis significatur. Primo quod fuit diuersum. id est ex diuersis lignis factum. Ibi enim fuit cedrus. cypressus. palma. et oliua. per que significatur quadruplex efficacia sancte crucis. Prima est quod malas cogitationes fugat. quod significatur in cedro que fugat serpentes. Secunda est quod constantiam prestat. quod significatur in cypresso que nullus uenti impulsu commouit. Tercia est quod de hoste triumphat. quod significatur in palma. Quarta est quod amaritudinem penitentie dulcorat quod significatur in oliua. In hijs enim quatuor casibus signo crucis nos munire consueuimus. Unde cum aliqua mala cogitatio se ingerit nos munire debemus signo crucis. vel cum aliquod periculum subito insurgit. vel cum aliquod fastidium se obijcit. vel cum aliquis dolor nos arripit. Secundo istud lignum crucis est pulchrum visu. Fuit enim ipsa crux pulchra in passione. quod christi sanguine rubricata. Pulchra in mundo. quod ab imperatoribus honorata. **Aug.** Crux a supplicij latronum transit ad frontes imperatorum. Et pulchra in celo. quia litteris aureis insignita. sicut Constantino ostensa fuit. Et pulchra erit in iudicio. quod secundum crisostomum. super solis radios illustrata. Tercio illud lignum est ad uescendum suauis. delectat enim memoriam ad recordationem. **ps.** Memor fui dei et delectatus sum. Rationem ad considerationem. **psal.** Respice in faciem christi tui. Voluntatem ad delectationem. **Canticorum. ij.** Fructus eius dulcis gutturi meo. Secundo significatur per lignum vite. Erat enim

quadruplex mors scilicet nature. culpe. gehenne. et gratie. Crux igitur christi dicitur lignum vite. quod destruxit mortem nature per resurrectionem. **i. Corinth. ix.** Per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Mortem culpe per peccati deletionem. **Coloss. ij.** Eratis cum mortui essetis in delicto. et. Mortem gehenne per inferni spoliationem. **Ossee. xij. ca.** Ero mors tua o mors et. Fecit autem mortem gratie per iustificacionem. **Coloss. ij.** Si mortui estis cum christo ab elementis huius mundi. quid adhuc tanquam uiuentes mundo decernitis. Tercio significatur per lignum scientie boni et mali. Crux enim fuit scientia boni et mali christi et homini. Christus quod sibi expertus est malum penalis angustie et bonum gloriose victoriae. Secundo quod per crucem dicitur quid sit inter bonum quod nobis prouult et malum quod a nobis abstulit. Fuit enim homini scientia boni et mali. Primo quod per crucem homo didicit quid sit bonum boni et malum delicti. Sicut dicit apostolus **Roma. v.** Secundo quod per crucem cognouit quid sit inter bonum quod deseruit. et malum quod incurrit. Tercio ponitur ipsius crucis de terra manifestatio cum dicitur. Produxit de humo. Ipsa namque crux non erat in ymo abscondenda. sed fodienda et manifestanda. Primo quod in ipsa fuit pecunia nostre redemptionis. portauit enim sacculum ista pecunia plenum. **Prophet. vij.** Saccum pecunie secum tulit. Secundo ipsa fuit thesaurus nostre ditacionis. **i. Petri. j.** Non corruptilibus auro vel argento redempti estis et. Tercio quod in ipsa emanauit fons nostre regenerationis. **Isa. xij.** Maurieris aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Debit igitur ipsa crux sancta fodi et manifestari. quod in ipsa fuit pecunia qua sumus redempti. et thesaurus quo sumus ditati. De hijs enim duobus dicit **Prophet. ij.** Si quiesceris ea quasi pecuniam et sicut thesaurum effoderis illam et.
p. iij.

De Inuentione

Tercio qz de ea pcessit aq regeneratōis
qua sumus abluti. Reg. iij. Facite al
ueum torrentis huius fossas ⁊ fossas. i.
vulnera ⁊ vulnera. ⁊ alueus iste replebit
aquis.

Ecodem die Sermo. iij.

Effodientes thesaurum gaudēt
velementer cū inuenerint sepul
chz Job. iij. Sācta helena ⁊ ce
teri christiani qui cum ipsa erant fecerunt
fodi crucem sup omne thesaurz p̄ciosiorē
⁊ velementer sunt gaudi qñ ipsam inue
nire potuerūt. In verbis igitur premis
s tria de sancta cruce oñdunt. **P**rimo qz
preciosa sit cū dicit Effodiētes thesaurz.
Scdo qz gaudiosa sit ibi. cū dicit Gau
dent velementer. **T**ercio quātum sit glo
riosa cum dicit Cum inuenerit sepulchz.
Christi crux dicitur sepulchz qz in ea mortuus
requieuit Et sic sepulchz eius fuit glorio
sum Isa. xi. Erit sepulchz eius gloriosus.
Est igitur crux preciosa qz thesaurus dei.
Est gaudiosa qz est redēptio generis hu
mani. Est gloriosa qz sepulchz christi. et
ideo non debuit occultari. **P**rimo quia ē
preciosa rōe sui cuius preciositas ex tribz
apparet. Est enim tincta sanguine dei. est
margarita dei. est thesaurus dei. Isa. aut
tria non sunt occultanda. nec sanguis dei
Job. xvi. Terra ne opias sanguinē meū.
⁊c. Nec margarita dei que fuit diligenter
inquirenda. mathe. xij. Simile est regnū
celoz negotiatozi querenti bonas marga
ritas. nec thesaurus dei Ecclē. v. Sapiē
tia abscondita et thesaurus inuisus. que
utilitas i vtriusqz. qz igit sancta crux fuit
tincta sanguine dei. ⁊ margarita dei. ⁊ the
saurus dei. non debuit occultari. **D**e du
obus primis dicit Mathe. vij. Polite san
ctum. i. crucis lignū sanguine tinctū dare
canibz. i. iudeis psequētibz. nec mitras
iudeos sed ante cristianos. **D**e tercio dicit

Sancte Crucis

Ecclē. vi. Qui inuenerit illaz inuenit the
saurz. qz igit sancta crux fuit tincta sang
uine dei dimissa est nobis in monumētū.
Exo. xiiij. Erit tibi quasi signū in manu
tua quasi monumētū ante oculos tuos
Et qz est margarita dei dimissa est nobis
in ornamentū Isa. xxvij. In die illa erit
dñs corona glorie ⁊ ferrū exultatōis re
fiduo populi sui. **Q**uia emz est thesaurus
dei est nobis dimissa in sustentamentum
Prouer. xxi. Thesaurus desiderabilis et
oleū in habitaculo iusti. **C**ruz ei que fuit
habitaculū ⁊ mansio iusti. i. christi est the
saurus nostre sustentatōis ⁊ est oleū di
uine miserationis. **S**cdo non debet occul
tari qz ē gaudiosa respectu nostri. sic gau
debat apostolus qui dicebat Gal. v. Ni
hi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri ih
esu christi in quo ē salus vita ⁊ resurrectō
⁊c. **E**st autē crux christi nobis gaudiosa
triplici rōne ⁊ tribz de causis ppter quas
non debuit etiā abscondi sed reuelari. **P**ri
mo qz est candelabz nostre illuminatōis
Candelabz enim crucis est lignum est lu
cerna in candelabro lucens est xps in cru
ce pendens. **S**icut autē lucerna non debet
abscondi nec candelabz mathe. v. Necqz
accendunt lucernam ⁊ ponūt eam sub mo
dio sed sup candelabz ⁊c. sic nec crux xpi
debuit abscondi sed in loco honorabili col
locari **S**cdo qz est vexillum nostre trium
phalis debellatōis. vexillū enim nō est
abscondendū sed cōtra hostes eleuandū.
Isay. xij. Sup montem caliginosum. i.
diabolū leuate signū. **T**ela autem istius
vexilli. i. crucis fuit caro cristi que fuit ca
ro cristi que fuit picta rubeo colore nigro
liuozis. ⁊ colore albo aque de latere ema
nantis. **T**ercio qz fuit scala nostre ascens
ionis. **S**cala autē non est abscondēda sed
erigenda. ista est nāqz scala de qua dicit Ge
ne. xxvij. Uidit iacob scalam stantē sup
terram ⁊ cacumen eius tangens celum ⁊
dominū inmixum. **T**ercio non erat occul

tanda qz est gloriosa respectu christi. Fuit autē gloriosa triplici de causa ppter quas non debuit occultari. Fuit em virtus xpi sapia christi et cathedra xpi. Ista em tria nō sunt occultanda. De primo dicitur. **Pe. ij.** Virtutes eius annunciantes etc. De secundo **Ecc. xv.** Sapientia abscondita etc. De tercio **Isa. xvi.** Vidi dominū sedentem super solum excelsum et eleuatū etc. Quia igitur est virtus xpi dimissa est nobis in fulcimentū per quod dyabolum expellimus et nos ab ipso defendimus. Nam quādo qz ipsum expellimus et nos ab ipso defendimus. Nam quādo qz ipsum expellimus p nomen crucis. **Criso.** Demones scūm nomen crucis audientes in fugam refiliunt. Aliquando per signū crucis. **Aug.** Signū crucis a nobis expellit exterminatorem si cor nostrū recipiet ipsum saluatorem. Aliquando per fidē crucis. **August.** Hostem visibilem vincis feriendo. et hostem invisibilem vincis credendo. qz est sapientia xpi. dimissa est nobis in sacramentū. **1. Cor. i.** Loquimur dei sapientiam in ministerio absconditā. **Ibidem.** Predicamus xpm crucifixum. iudeis quidem scandalū. gentibz autē stulticiā etc. Quia est cathedra xpi dimissa est nobis in documentū. **Aug.** Crux que fuit lignū christi morientis et cathedra fuit magistri docentis. Docuit autē nos de ipsa cathedra tres lectiones. Prima est vt sequamur xpm **Mat. xvi.** Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequat me. Secunda lectio est vt innocenter transeamus istum mundū. **Genesis xxxij.** In baculo meo transiui iordanem istum etc. Tercia lectio est vt iuxta ipsius crucis deuotōem speremus premiū. Hoc significatū est **Apoca. ij.** Vbi dicit qd datus est angelo calamus similis virge ad metendū templū et altare. Per templū enim significant corpora sanctorū. et per altare anime ipsorū que virge calamo mēsu-

rant. qz sūm deuotōem crucis mensurant premia eterne retributionis.

De sancto Iohanne ante portam latīnam Sermo primus.

Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. impinguaſti in oleo caput meum et calix meus inebrians q̄z preclarus est. **ps.** Quāuis sanctus iohānes euangelistavitam non finierit per martiriūm ferri. habuit tñ tria alia martiria. que notant in verbis premissis. Primum est qz fuit exilio relegatus. qd notatur cū dicitur. **Parasti in cōspecu meo mensam aduersus eos etc.** In hac die em fuit quadrupliciter tribulatus. Fuit em grauitē flagellatus. fuit ex derisione conspuratus. fuit in feruentis olei dolio missus. et fuit exilio relegatus. Contra ista quatuor incommoda xps et mensam sibi preparauit. in q̄ sibi quatuor fercula deliciosa parauit. **1.** q̄ erat grauitē flagellatus xps sibi parauit oīam penarū euacuatōem. **Apoca. viij.** Absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorū etc. Quia ex derisione conspuratus parauit sibi corone celestis decorationem. **Apoca. ij.** Esto fidelis vsqz ad mortem. et dabo tibi coronā vite. Quia fuit in oleo feruenti assatus parauit sibi in fluuiō paradisi refrigerationem. **Ibidem.** Agnus qui in medio throni ē reget illos deducet eos ad vite fontes aquarū. Quia fuit exilio relegatus parauit sibi celestis ciuitatis perpetuam habitationem. De qua ipse dicit **apoca. xxi.** Ostendit mibi ciuitatem sanctam Iherusalem descendentem de celo. Secundum martiriūm est. quia fuit in feruentis olei dolio missus. quod notatur cū dicitur. **Impinguaſti in oleo caput meum.** Et dicit **Impinguaſti.** quia potius exiuit impinguatū q̄z aduſus. Fuit autē vnctus triplici oleo. scilicet materiali. sicut hodierna dierna die quando in dolum su-

p. iij.